



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XV. De idololatris destruendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

XIV.

Conc. Afr.
c. 50.
De confecr.
diff. 1. Pla-
cuit ut alta-
ria quæ.

Item placuit, vt altaria quæ passim per agros aut vias, tamquam memoriae martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiae martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiae sint, aut ubi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ personalia & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum ubique constituuntur altaria, omnimode reprobentur.

XV.

Conc. Afr.
c. 51.

Item placuit, ab imperatoribus gloriofissimis peti, vt reliquiae idololatriæ non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnimode deleantur. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, supra comprehensis in nostro Concilio statutis subscripsi. Similiter septuaginta duo episcopi subscripserunt.

Græcolatina editio horum Canonum ex codice Canonum sumpta, extat partim supra post Concilium Carthag. III. partim infra in Concilio Africano sub Cœlestino papa.

NOTÆ.

Causa cele-
brati Con-
cilii.

^a *Concilium Carthaginense.*] Celebratum est ad disciplinam Africanae ecclesiæ restaurandam, & mores eiusdem corruptos reformatos; vt singulorum Canonum titulos intuenti patet.

^b *Nomine quintum, &c.*] Concilium Carthaginense nomine se-